

ab eo qui parum admodum, vel fere nihil habet. Nisi volueris illud  $\chi$   $\delta$   $\epsilon$ χει, explicare per  $\chi$   $\delta$  δοκεῖ  $\epsilon$ χειν, quod videtur habere, ut Lucas alia occasione loquitur cap. 8. 18. Sed hoc non est necessum, nec videtur contextus admittere, siquidem Christus apud Matthæum respicit ad eum, qui unum tantum talentum acceperat. Omnia vero salva sunt, modus loquendi si attendatur. Tale  $\epsilon$ 'δέν egregie παραφράζει Syracides cap. 40. 6. ὀλίγον ὡς  $\epsilon$ 'δέν ἐν ἀναπαύσει; Per parum, quasi nihil in quiete est. Alias, nihil illud esse dicitur, quod nullius est valoris. Ita Christus de se ipso: Joan. 8. 54. ἢ δόξα μὲν  $\epsilon$ 'δέν ἔστιν. Quasi dicere velit, si me ipsum glorificem, nullius pretij erit ista venditatio, & semetipsam prodet. Similiter Paulus 2. Cor. 12. 11. præ summa modestia, pariter de se ipso dicit: εἰ  $\chi$   $\epsilon$ 'δέν εἰμι. Tamen si nihil sum, scil. per me ipsum. Item 1. Cor. 7. 19. ἡ περιτομή  $\epsilon$ 'δέν ἔστι. & 1. Cor. 13. 2. εἰάν τις  $\epsilon$ χω πᾶσαν τὴν πίσιν, ὡς ὄρη μεθυσάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ  $\epsilon$ χω,  $\epsilon$ 'δέν εἰμι. Atque sic Ebræi quoque loquuntur: exempla occurrunt Num. 11. 6. Psalmo 39. 6. & alibi sæpius. Gentiles quoque Scriptores similem locutionem frequentant. In carmine, ut creditur genuino Sibyllæ Erythrææ, sic legitur:

Α' ἄνθρωποι, θνητοί,  $\chi$  σάρκινοι,  $\epsilon$ 'δέν εἶντες.

Phrynichus vetus Tragicus apud Julium Pollucem lib. 7. Onomast. cap. ult. corrigente Sylburgio:

ὅτι  $\epsilon$  τυμβοπέλης, ὡς Ἀχιλλεύς,  $\epsilon$ 'δέν εἶς.